



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 137. Theologus de beneficio delatus, ac punitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tis exactas centenis aureorum millibus s̄ecul. XV.
 multetur, reliquis suis quibuscumque bo- A.C. 1453.
 nis ærario Regis addictis. Insuper omni-
 bus honoribus, atque muniis privetur, & Gaguin. l. 10
 ad quæcumque imposterum obeunda in-
 capax, perpetua etiam exilii poena ex
 tota Francia ejiciatur; ac denique pedi-
 bus, & capite nudus manu facem decem
 librarum gestet, veniamque roget. Ni-
 hilominus mense Augusto Anni millesimi
 quadringentesimi quinquagesimi septimi
 a Rege quorundam bonorum suorum
 restitutionem impetravit, quibus mox di-
 venditis in Orientem profugit, ubi vitam
 suam adversus fidei Christianæ hostes pro-
 fudit, ut constare videtur ex illis ver-
 bis, quæ in Ecclesiæ Bituricensis Sacri-
 stia, sumptibus ejus extracta, insculpta
 leguntur: *Dominus Jacobus Cordis miles,*
Ecclesiæ Capitaneus generalis contra Infide-
les &c. Unus ex Filiis ejus erat Joannes
 Archiepiscopus Bituricensis, Vir in-
 signi pietate, & doctrina, atque in Eccle-
 sias suæ Dioecesis munificentia celebris.

§. CXXXVII.

*Theologus de beneficio delatus, ac
 damnatus.*

Sub hæc etiam Guilielmus Edelinus *Chart. loc.*

Theologiæ Doctor Prior ad S. Germa- *cit. p. 281.*
 num de Laja quondam Ordinis S. Augu-

C c 3 stini

Sæcul. XV. stini Alumnus condemnatus est, eo quod
A. C. 1453. dæmonem ipsum, ut illustris fœminæ a-

morem sibi conciliaret, in opem vocare,
 atque ad Magorum conventus sese con-
 ferre non dubitasset. Quapropter apud
 Ebroicas die vigesima tertia Decembris,
 quæ erat Dominica, in eum lata est sen-
 tentia, ut perpetuo carceri inclusus, so-
 lo pane, & aqua vicitaret. Haud equi-
 dem inficiamur, lascivum hujus amorem
 digna prorsus poena fuisse mulctatum;
 Magiam vero, de qua accusabatur, quod
 attinet, merito cum celebri quodam
 prioris sæculi Scriptore afferere possumus,
 persæpe ejusmodi conventicula nonni-
 a laesæ Phantasiæ, vel atræ bilis vi ortum
 ducere. Multi, inquit ille, saepe extiterunt
 fortiori sinceri, hoc est, qui se revera ta-
 les existimabant, qui omnibus ingenue nun-
 ciabant, se Sabbathum frequentare, idque
 tam alte imbiberant, ut quamvis multi, pos-
 quam prope illos pernoctassent, affirmarent
 ipsos e lecto non egressos fuisse, ab illa
 tamen opinione dimoveri non possent. Plu-
 rimirum quoque sæculorum experien-
 tia comprobatum habemus, quod ca-
 pitalibus suppliciis Magorum numerus
 nullatenus decrescat, sed quo sæpius judi-
 cia contra Sagas instituerentur, eo ma-
 gis quoque superstitiosa credendi facilitas,
 ac mala inde promanantia augeantur.
 Hac de causa abs dubio Parisiense Parla-
 mentum

*P. Malte-
 brancius
 lib. 2. de in-
 quis verita-
 tis cap. ult.*

mentum cunctos, qui de Magia accusan- Sæcul. XV.
tur, innoxios dimitit, nisi simul veneni A.C. 1453.
propinati convincantur; si vero quosdam
alios capitis damnat, solerter cavet, ne
quid sententiæ capitalis tabulis inseratur,
quo plebs in sua de incantationum vi,
nocturnisque congregatis, in quibus dia-
bolum adorari credunt, opinione firmari
posset.

§. CXXXVIII.

Seditio a Brugensibus & Gandaven- sibus mota.

Nec Burgundiæ Dux in Flandria ab
adversa Fortuna penitus immunis
permansit; Brugenses quippe antehac re-
belles Duce suum denuo in urbem
recepérant, ut seditionis culpam saltem
speciētēnus repararent. Ast Duce vix
urbem ingresso, in ejus milites irruunt, &
plusquam centum trucidant, quos inter
etiam Liladamus numerabatur. Ipse
quoque Dux extremo vitæ periculo ex-
positus, ægerrime eorum manus per por-
tas civitatis effugit. Tum seditiosi pro-
spero hoc successu elati, in totam qua-
quaversus regionem prædatum excurre-
bant. Verum cum aliæ urbes eorum
temeritatem redarguerent, ipseque Dux
cum validis copiis ad urbem expugnan-
dam adventaret, illorum furor deferbuit.
Inde Ducis clementiam implorabant,

C c 4 veniam-